

# The Digital *Viridarium consolationis* Project

## Pars 4: De aliis virtutibus Caput 3: De correctione Domini (7)

Idem (Gregorius):

Securi namque iniquos nos dicimus,  
cum vindictam nullam de iniquitate sentimus.  
Nam peccatores nos quidem in tranquillitate loquimur,  
cum de peccatis ipsis flagello interveniente corripimur murmuramus.  
Pena ergo nos interrogat si veraciter cognoscimus culpam.  
Vir utique iustus qui culpam suam districte considerat,  
etiam in flagello positus dicat:  
Peccavi et vere deliqui,  
et ut eram dignus non recepi.

Securi uidelicet iniquos nos dicimus,  
cum uindictam nullam de iniquitate sentimus.  
Nam peccatores nos quidem in tranquillitate loquimur,  
sed cum de peccatis ipsis flagello interueniente corripimur, murmuramus.  
Poena ergo nos interrogat, si ueraciter cognoscimus culpam.  
Vir itique iustus, quia culpam suam districte considerat,  
etiam in flagello positus dicat:  
*Et ut eram dignus non recepi.*

Gregorius Magnus, *Moralia in Job*, 24.9 (CCSL 143B, M. Adriaen ed., p.1204, ll.27-33).